

Band XI., Nr. 5149, Seite 153-154

*König Albrecht bestätigt dem Bischof von Konstanz die Erwerbung der Burg
Summerau, Vogtei Langnau und Burg Baumgarten.*

Frankfurt, 1298. Juli 30.

Albertus dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii Romani fidelibus ad quos presentes pervenerint gratiam suam cum notitia subscriptorum. Etsi regalis benignitas ad universos imperii Romani subiectos consueverit effectus extendere gratiosos, debet tamen singularibus et precipuis illorum respicere merito muneribus gratiarum et favoris prerogativa specialis peramplius commendare, qui tractu temporis longioris obsequia devota continuarunt imperio et sincere fidei studiis evidentius adhererunt. Eapropter cum venerabilis quondam Ebirhardus Constantiensis episcopus castrum in Sumerowe advocatiam in Langenowe et castrum dictum Böngarten cum suis pertinentiis universis a quibusdam ministerialibus imperii, ad quos eadem castra et bona proprietatis titulo sicut audivimus pertinebant, nomine Constantiensis ecclesie comparaverit, ex quo nobis et imperio ius competere posset et competebat aliquale, cumque venerabilis Hainricus nunc Constantiensis ecclesie episcopus memorate princeps et secretarius noster dilectus dictum ius sibi et ecclesie sue predicte per serenitatis nostre beneficentiam devote petiverit condonari, nos ipsius Hainrici episcopi meritoria et accepta que per devotionis et fidei sue constantiam non sine gravibus laborum et sumptuum fatigationibus nobis et imperio dudum fecit obsequia et exhibere poterit in posterum gratiora, precibus inclinati ius in castris et advocatia ac bonis prefatis nobis et imperio competens ex quacunque ratione vel causa seu titulo qualicunque in eundem H. episcopum et Constantiensem ecclesiam de consensu principum nostrorum et imperii quorum creditur aut dinoscitur interesse exnunc inantea donatione perpetua et dono transferimus liberali contractum emptionis factum de castris et bonis huiusmodi per supradictum olim episcopum Eberhardum sicut premisimus ratum habentes et auctoritate regia de certa scientia huius scripti patrocinio confirmantes. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo iussimus communiri.

Datum Frankenfurt, III. kalendas Augusti, anno domini MCC nonagesimo octavo, indictione XI., regni vero nostri anno primo.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An Pergamentstreifen das Majestätssiegel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

D 124

Regesten:

Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit. Organ des Germanischen Nationalmuseums Nürnberg 4 (1835) [zuvor nicht nachgewiesen] - 8 (1839), N.F. 1 (1853/54) - 30 (1883), 1837, S. 372. = Regesta Imperii Kaiserreich (Additamentum I), S. XX (mit Juli 20!)

PAUL LADEWIG (HRSG.): Regesta episcoporum Constantiensium: Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Constanz von Bubulcus bis Thomas Berlower 517-1496, hrsg. Von der Badischen Kommission, 5 Bde., Innsbruck 1895-1941, Nr. 3066.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Frankfurt

Aussteller:

Albrecht I.; König, Herzog von Österreich

Ortsindex:

Baumgarten Wohnplatz (18294)

Baumgarten, Tettnang, FN

Frankfurt am Main, F

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Langnau Wohnplatz (18335)

III

Langnau, Tettwang, FN
Summerau Wohnplatz (18136)
Summerau, Neukirch, FN